



## **Policratici Contenta**

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

C. xxiii. Abiecto noui stoici.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

## Polícratici de Curialíū nugis.

Dictū philoso-  
phorū gētiliū

rat? Hec quo snia nec gētiliū philosophos latuit: qui fatorum se-  
riem dicunt immobile: nō quia moueri non possit: sed quia mo-  
ueri omnino nō contingit. Hinc est illud. Exire a mediis potuit  
pharsalia fatis. Itēq; poeticiū quo senex carnotēsis ī fortune an-  
gustiis frequēti? vtebatur. Fata viā inuenient &c. ¶ Que ve-  
ro elapsa sūt & secunde dispositionis effectū completa naturali-  
ter quidem non possunt non fuisse: licet nihil asserere in alteru-  
tro audeā in iniuriam disponētis. Ait tamē doctorū doctissim?  
(hieronimū loquor) Audenter loquar. Licet de? omnia possit  
virginē tamē post ruinā suscitare nō pōt: potest tamen coronare  
corruptam. Et quidē diffinitionē virginis eodē interptante apo-  
stolus ponit: vt sit xgo que sancta est corpore & spiritu. Sed p-  
culdubio deus et sanctificare animā virtutibus: et carnē potest  
reintegrare corruptā: vt tota substātia sui videri possit que ceci-  
derat suscitata. Quod si oratorio tropo vsus intellexit que fue-  
runt non posse non fuisse: nō necesse fuit ad virginē prostratam  
recurrere: cū in preteritis oibus simili sentētia vel errore hoc idē  
potuerit inueniri. ¶ Sententiā vero ab errore sciēter diuido: eo  
q; sententia semper habere debet veritatis significationē sicut  
apud sanctū iob inuenis. Quis est iste inuoluens sententias ser-  
monib? imperitis. Sed forte virginitas aliquis gradus est: quē  
impossibile est a quacūq; corrupta apprehēdi. Quod autē possi-  
bile dicitur: interdum ad facilitatē que singulis inest vel ex for-  
tune calculo/vel ex aptitudine dispositiōis refertur: quādoq; ip-  
sam naturā rerum respicit: nūc ad fontē omniū diuinā reflectit  
maiestatē: a qua omnis nō modo personarum potentat?/sed re-  
rum omniū que videri vel cogitari possunt potestas est. Hinc  
illud salomonis. Omnis potestas a dño deo est. Aduersus hanc  
nulla vnq; me contumacia erigam: certus quia ipa sola est que  
potest animam & corpus mittere in gehennam.

Job. xxxviii.

Rom. xiiij.

### Abiectio noui stoici. Capitulum. XXIII.

Virgilij ossa ī  
galliam sunt  
portata.  
Ludouicus.

**R**estat tibi illi? stoici tui questio: quē in apulia diuti?  
morātem vidi vt post multas vigilias/lōga ieiunia/  
labores plurimos & sudores/ tanto infelicis & iutilis  
exilii questu/ in gallias virgilii ossa poti? q̄ sensum re-  
portaret. Querebat etenī ludouicus ille an posses aliquid face-  
re eorū que minime factur? es. Q̄d cū admisisse: mille tibi au-  
reos offerebat dum illud efficeres: quos si forte respuēres eos ti-  
bi quātalibet summa multiplicari iubebat: vt quod leuiter fieri  
potest efficias. Tandē ipudēti & impudico soluebatur cachino/

vim coniunctionis oppositorum non intelligēs aut contemnens et te ridiculum assistentibus digito ostendebat: qui gratis tantam pecuniam cōtempfisses. Congeris in hunc modum q̄ pluri ma non tamen his stimulis vrgeor: vt omnia necessaria credā quia sciuntur aut nihil contingentium sciri: quia necessaria non sunt. Plane sciolus paululum mihi cum paripatheticis pre illo videor: qui huius difficultatis angustia in athicis noctibus confessus est nescire se non esse cicadam.

¶ Q̄ mathematici sunt temerarii in differēter futura iudicio suo subiicere presumentes. Capitulum. XXIII.

**L**iquoq; licet dissentiamus in plurimis mecū fatentur se omnia nō nescire cum quib⁹ astra loquūtur: et q̄ quasi de ipso celestiuū sinu extrahunt veritatē. ¶ Qui vero eorū modestissimi sūt: nec syderibus rerum pollicentur effectus/nec eas necessitati lege dispositionis astringūt sed quia nature sūt: certisq; prenūciantur indiciis/predicere non verentur. Sed si futuroꝝ potest ordo mutari temerariū est rem sui natura incertū certo diffinire iudicio. Sin autē mutari nō potest quid prodest tanta curiositate scrutari: quod nulla potest diligentia declinari. Sed forte & si aliter esse possit: res incerta nō est. Temeritatē etiam iudicii excusat ratio indubitata signorū. Licet enim possibile sit rem aliter esse eam tamen ita futuram esse manifesta signa prenūciant. Nec mea (inquit astrorū secretarius) itereft an aliter esse possit dū id de quo agitur ita futurū esse nō dubitem. Sed quenā est ista certitudo signorū? Nempe rerū plerūq; experimentū fallax/iudiciū difficile/ipsorūq; signorum varia & multiplex signatio. Porro varietas ambiguitatē inducit. In ambiguis autē ois diffinitio periculosa est. Sed esto q̄ signa vniformia sint: vnde illa vna significatio inotescit: aut quid eā phibet esse falsam? Natura (īquis) Illa ne que in reb⁹: an que in diuina volūtate p̄sistit? Porro diuine nō obloquor voluntati/sciēs quia om̄ia quecūq; voluit fecit. Si ea tibi innotuit bene est. Potes utiq; in lumine illo videre lumen: & vera indubitata de libro proferre/qui aliis signatus tibi apertus est: in quo sunt om̄es sapientie & scientie thesauri absconditi quoniam nemini aperire licitū esse audieram nisi agno qui occisus est/& mortē virtute propria interemit. Noli ā modo cum apostolo mirari altitudinem diuitiarum sapientie & scientie dei: cum incomprehensibilia sint iudicia eius: & astrorum ducatu

Astrologi quēter se tueatur quā variantur.

ps. cxii.

ps. xxxv.

Coloceñ. ij.

Apocal. vj.

Rom. xj.